

nem, prohibet etiam periculum proximum delinquendi. Hinc omnes Moralitæ & Spiritus Magistri severissime admonent confessarios, ut eju- modii penitentibus, qui fidem in confessione da- tam jam sapies fellere, etiam optimis ver- bis se ad defendendam occasionem paratos as- serant, sacram abolitionem non impertiant: suspendenda hæc est, donec occasio, qua tolli potest, ablata sit. Prius extrahenda est Sagitta, & tum modendum vulneri, prius obfides dandi- sunt, antequam pax stabilatur, prius ejicienda de faucibus Domino offendendi cogitandum est. Ideo genus penitentis facile absoluti postmodum adeo nullam evadendi retia illa gerunt sollicitu- dinem, ut potius infans sylvestrium capratum infantium confopiantur: inveniatur centum prætextus, & antequam removeant peccandi oc- casiones, multiplicent potius lapsus; dein cum tractu temporis iterum confiteri decernant, cir- cumvent, quaruntque alium confessarium quem suis prætextibus decipiant, sic sine dispositione, & sine remedio mali Sacramenta percipiunt, at- que in eodem loco hærentes miserandam suam animam, confessarios, ipsaque Deum ludifi- cant. Quæ conditio hoc deservit, licet ex fe- quenti tragedia, quam P. Dominicus Ortonelli commemorat.

9. Juvenis quidam pessime seductus hærebat in libidinis ceno: respexit illum Deus, itaque cor ejus aliquando tetigit, ut brutas volupta- tes deserere, & coelestes sectare decreverit. (P. Domin. Orton. de conc. per adm. 14. no. 10.) A confessione emendationem vitæ exorsus est, & per octo continuos dies (tempus sat longum ve- neris mancipii) ab omni carnis illecebra ab- stinuit. His evoluit per illam plateam transiit, qua sua quondam pessima amica habitabat. Hæc quasi in speculo excubans, ad januam juvenem conspexit, ad januam quamprimum juve- nem conspexit, ad januam quamprimum juve- nem conspexit, ad januam quamprimum juve- nem conspexit. Qui juvenis? Ego jam non sum ille. Ego autem, reposita puella, ad- huc sum illa. Itane infatigatum præteribis? Veni, liceat loqui, cum peccare non libet: exi- bis illico & sanctitatem tuam non violabis? Auditit invitante juvenis, intravit. Tum enim vero illa nequissime verecunda mulieris hominem demulcere, animi sui sensa ad dilecti absentiam explicare, & demum adeo juvenem missis per intervalla suspiriis emollire, ut surgeret ille in victrici femine amplexus ruitu- rus. Sed horrendum dictum, profundissimo hitu fe terra aperuit, eoque momento temporis ab- sorpsit: pellex vero multo tempore horrendam in auribus sibilum percipit sine cessatione in- clamantem: Maledicta sis hora, qua te nosse cepi, propter te æternam damnatus sum.

10. Episcopus. Hæc est luctuosa catastrope pec- catorum occasio. Ludunt aliquando cum Deo; sed ludo denique cadunt, & morte inex- spectata occupati, priusquam serio emenden- tur, pereunt. O quis hujus furfuris peccator et præsentibus addit, dicat alieno damno sapere,

sugiat occasiones, & morem gerat Christo mo- nenti: si oculus tuus aut manus tua, aut pe- tuus scandalizat te, erue aut abscinde illos, & projice abs te: quibus verbis etiam Veritas præcipit, ut si illa persona, illa domus, illud confortium tam acriter tibi adhaerent, quam oculus, manus aut pedes; tamen illa detestanda, vitanda, & abrumpenda esse. Nec satis hoc: Verum ut de remedio tanti mali, de quo hæ- tæus loqui sumus, tibi consulam, scito, mi peccator, si serio ad Deum converti velis, om- nino necessarium esse, ut de omni tempore, quo in occasione pessima hæctenus versatus es, con- fessionem, ut ajunt, generalem deponas, atque speciatim de perceptis interim penitentia & Eucharistia Sacramentis te accuses, qua ut di- ctum est, ex defectu serri propositi fuere nulla & sacrilegia. His peractis dein novum propo- situm, sed serium, firmissimum ac immutabile con- cepe, in famulitium illud, quod tibi peccati oc- casio fuit, nunquam redeundi, personam com- plicem in ædes non amplius recipiendi, fami- liaritatem ac conversationem impiam non am- plius frequentandi. Decerne tecum ipse *Dei*, *non*, *esp*, deinceps in mortuorum potius nume- ro, quam in illa domo, aut occasione ero. Ne- que hic iterato mihi prætexas illam difficulta- tem, cujus supra mentionem fecisti; hæc enim tam superanda est, quam chara tibi salus est. Dic quid tibi videatur difficilissimum; superare oc- casiones, aut æternam damnari? alterutrum ta- men necessarium est. Val, inquis, damnari: su- perest utique vita, datur tempus penitentia. Haec naniã & sibi occinuit infelix ille ju- venis, non putavit se a Dei vindicta tam ce- leriter occupatum iri, & sic perit. O si hodie spatum penitentia, & recuperanda beatitudi- nis, qua exiit, facultatem impetraret, qui ille austeritatis prodigia supra omnes anacho- retas ederet? quibus lacrymis commissa scelera supra Petrus & Magdalena desleret? quibus verborum fulminibus sua voluptates demararet? qua promptitudine pravam occasionem ejurare? quam implacabili odio personam complicem aver- saretur? Cogita hæc tecum, mi peccator, & decerne jam nunc, an non fieri poterit, quod in inferno (avertat Deus) tam ardentibus desi- deriis incassum es exoptaturus? &c. &c.

Dominica infra Octavam Nativitatis

CONCEPTUS V.

De quare effectu seu fructu Penitentia, videlicet sal- lutari timore ob peccatum etiam remissum.

Positus est hic in ruinam, & resurrectionem mul- torum. Luc. 2.

Post penitentiam nemo securum se putet.

1. Perique Christianorum, præsertim et re- pidiorum aut rudium amentum, qui in sancta fidei principis & rebus ad spiritum per- tinentibus haud satis intruditi ad communem mundi morem vitam nec virtuosam, nec nimis

see

feleeratam vivunt, postquam commissa sua peccata in aures Sacerdotis una cum uno aut al- tero suspirio deposuerunt, jam rem omnem fe- peregit rati, adeo secure de sua salute confi- dunt, ut delictorum, & odiosi Numinis ne quid- em amplius recorderentur. Paucis: tantum at- tendunt ad ea, quæ in confessione, non item ad illa, quæ post confessionem agenda sunt. Deceptio hæc est diaboli & gravis error, ex quo multa male propullant; ubi enim abest Timor Domini, quem S. Hieronymus epist. 27. ad Fabiol. *Virtutum custodiam* nuncupat; facile impietas in animum, velut hostis in urbem a colidibus inobstantem irrupit. Quæris quid ergo, & de quo timendum sit? Respondeo, de peccato etiam remisso. De peccato remisso? Hæc mihi sunt nova novissima; sed non prius Chris- tianis, non Spiritus Magistri, non sapientis- simo denique Ecclesiastico, qui verbis a Spiritu sancto inspiratis est, & me, & omnes peccato- rum commoret: *De propitio peccato non esse se- ne metu.* (Ecclesi. 5.) Causas hujus metus pos- sem assignare complures: Possem cum sancto Gregorio lib. 4. mor. c. 42. dicere, timendum esse, quia licet certus sis quod *prava commiseris*; incertus tamen es de venia & ignorant, an *com- missa digna severis*. Possem cum Cornelio a Lapide in Ecclesi. 5. dicere, timendum esse, quia *licet culpa sit remissa, remanet tamen pena luenda*. Possem cum sancto Chrysologo dicere, ti- mendum esse, quia peccatum grandem intelle- ctus excitavit, & rerum caelestium incertiam causat, prout exemplum habemus in Divo Apo- stolo Petro, qui Divinissimum Magistrum suum post gloriosam Resurrectionem suam in maris Tyberiadis litore apparentem non, nisi a sancto Joanne submonitus, agnovit: *Tardius sumus Dominum videbat, qui vocem suavit ancilla susur- rantis audiebat.* (S. Chrys. serm. 28.) Verum abitaendo ad his, mi Christiane, aliam tibi ti- mendam rationem declarabo: Esto vere penitens fueris, esto commissa peccata integre, ac- finire in confessione detexeris, non dormire scure, in periculo nihilominus versaris, mo- ximo: Quare? Exhorreo terribiliter veritatem, quia peccatum, etiam remissum potest post se trahere æternam damnationem. Non volo qui- dem dicere, quod peccatum penitentia perfecte deletum relapsum reviviscit: abit hoc a me; sentio contrarium cum Divo Thoma, 3. p. q. 88. a. 1. & eximio Suarezio, disp. 13. sect. 1. n. 1. qui putat id esse de fide: Nihilominus as- sero salutarem timorem esse genuinum prolem seu fructum penitentia, timendum autem esse; quia, ut dixi & nunc repeto, peccatum etiam remissum potest post se trahere æternam damnationem.

De peccato etiam remisso timendum est.

2. Propitius. Fulmen loquor, animis & auribus nostris horricum, sed verissimum. Dubitas? Ergo probationem facio, explicando tam ex parte ipsius peccati, quam ex parte peccatoris, & Dei, qua ratione ad peccatum jam semel remissum

Glans Spich. Causæ R. Com. II. Par 1 I.

adhuc æterna damnatio consequi valeat. O Chri- stiane, time & treme, quia nescis, ut cum ho- dieo Evangelio loquar, an Christus Dominus tibi postus sit in ruinam, aut in resurrectionem. Attendite, Fratres.

§. I. Quia pessima inclinatio in animalibusque.

3. Confirmato. Peccatum propitium potest adhuc, nisi cor tuum salutari timore obstrimes, æternam damnationem post se trahere: hæc veritas imprimis patet ex parte ipsius peccati; quare? quia illud depravat naturam, & pessima inclinationes relinquit etiam post peractam penitentiam, & veniam impetratam. Israelitæ reliquerunt quidem Ægyptum corpore tenente, non autem animo; trisabantur enim ob jactu- ram ceptarum & allorum, eduli hæctenus tam teneri amati: Parent in modum, ait S. Fran- ciscus Salesius, 2p. Bazz. serm. 43. §. 3. dican- tes nonnulli penitentes, qui quidem peccatum non verò affectum peccati exuunt, & quamvis voluntatem habeant deinceps non amplius pec- candi, trisabant tamen, quod voluptate pecca- ti, hæctenus tam gustatæ assueti, carere deinceps debeant. Inimicitia, quam adversus peccatum conceperunt, non est tanta, ut etiam ad- juncta, seu ut ita loquar, consanguineus pecca- ti averterentur.

4. Hi consanguinei, volo dicere, hæc pravæ inclinationes pro reducendo in animum hominis peccato, e quo expulsi sunt, ea impor- tunitate laborant, ut homini salutis sua stu- diose incesabilem pugnam faciant: Imagina- mini vobis sentiantur, quod licet securus excindatur, tamen e radice noviter propullat: imaginamini vobis canem domesticum, qui licet millies ex adibus abigatur, millies tamen revertitur: imaginamini vobis grande incendium, quod licet superinfusus aquis sedulo extingatur, flante tamen modico vento facile reaccenditur: imaginamini vobis glires, hirun- dines, aut viperas, quæ licet hyemali tempore profundissime consopitæ, aut omnino mortuæ videantur, imminente tamen vere reviviscunt: Ita de malignis passionibus, & seminibus ex peccato residuis dicitur Melchior Bernardus 2. serm. 58. in Cant. *Credite mihi quæ morantur respul- sulant, & effugata ridemur, & reaccenduntur, ex- stant, & septa de novo excitantur.* Jam mi Chri- stiane, si non continuo in armis excubis, si in mera tepiditate & salutis incuria vivas, si in per- culosis occasionibus versari non vercaris, si deni- que carni & concupiscentia omnia, quæ lubent, indulgeas, quid putas malorum consequi posse? Id tibi fabula illa explicat. Viperæ, quibus paulo ante meminimus, hyeme vix non eximius in nive jacebat, pastorum quidam illam miseratus in sinum recepit: at inimicum illum ubi ad calorem naturalem virescere rediit, fastorem suum veneno mortu læsit: conquegit pastor, at tanta ingratitude haud leviter indignabatur, at viperæ reposuit: Tibi quid culpa imputa, quia calore me animalis: vulneravi te in sinum recepta, quia quod probe presciveras, feci, quæ

B

face

empla sanctorum; qui licet de venia peccatorum quodammodo certi essent, nihilominus in continuo timore ac tremore vicissantes nullam austeritatem in expandis peccatis nimiam aut superfluum iudicant. S. Maria Magdalena, quamvis ex ipso Christi Domini ore audierit felicissimum illud: *Remittuntur tibi peccata tua*, tamen in specu Massiliensi triginta integris annis delituit, & corpus, quo Deum offenderat, vigiliis, jeuniis, aliisque poenitentibus crudeliter afflixit. S. Maria Aegyptiaca, licet ore Beatissimae Virginis remissionem peccatorum a Deo impetravit, in eremum tamen concedes, septendecim annis duobus tantum, quos secum domo deportaverat, panibus vixerit, & interim inter continuas lacrymas; arcana Dei iudicia, quo peccatum etiam remissum extimerit. Car autem de peccato etiam remissio timendum est? Id ex me audisti, quia, nimirum pessimas inclinationes in anima relinquit, dein quia infelicitate pusillanimitatem causat, & denique quia Deum in suis gratiarum auxiliis parcum, ac, ut ita dicam, liberalem reddit, ex quibus postea fontibus profusit relapsus in peccatum, ex relapsu impoenitentia & finaliter ipsa damnatio. Vis salvari? Semper time, quia necis, quid te Deus ob peccata praeterita iusto iudicio decernat; praevias animi affectiones opprime, auxilium Numinis devote exora, occasiones peccati caute declina, & denique memori mentis nunquam non tene effatum Tertulliani, lib. de cult. foem. c. 2. *Non simondo, neque cavendo difficile salvi erimus, &c. &c.*

Dominica I. post Epiphaniam.

CONCEPTUS VI.

De qualitatibus Poenitentiae, & imprimis de eo, quod debet fieri celeriter, proportionaliter, & constantiter.

Pater tuus, & ego dolentes quaerebamus te. Luc. 2.

Non omnis poenitentia invenit Jesum amissum.

1. **G**randis differentia inter nos & Sanctissimos Christi Domini Parentes; Ita exclamare cogor, dum oculos ab hodierno Evangelio in nos ipsos reflecto, & Beatissima Virgo Maria, & Virgineus Sponsus, qui innocentissimum Filium perdidit, dolentes, id est cum immenso lacu ac lacrymis circumcircumstant, atque illum ubique locorum solcite indagant; dum contra tepidus, ac salutus sua incurtus Christianus, ut certitudinem fidei resciat, quod per peccatum Deum ejusque amicitiam amittat, de hac tamen jactura ne unum quidem suspurium effundat. Quid suspurium, inquit? unico actu contritionis, & modica poenitentia iterum invenitur Deus, qui per peccatum perditur; Omni Christiane, quam grandi errore a vero ablutis; Poenitentia non est res tam facilis quam tibi persuadeas; Numquam audisti pronunciarum Sancti Ambro-

si dicentis: 1. 2. de Penit. c. 10. *Facilis invenit, qui innocentiam servaverat, quam qui congruo poenitentiam egerit; quibus verbis praclarissimus Ecclesiae Doctor innuit, quod licet inter assiduas carnis illecebras, inter quotidianas mundi blandientis voluptates, inter importunas demonis insidiantis tentationes diffilliorum, & vix non impossibile sit primivam Baptismi innocentiam servare, tamen eadem aut major difficultas in agenda vera poenitentia invenitur. Nunquam attente recitasti Lyranis omnium Sanctorum? ibi inter alia expressit Ecclesiam Deum rogat: (Lyran. Omn. Sanct.) *Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris, quibus verbis Sancta Mater clarissime significat, dari poenitentiam etiam factam, quae apud Deum nequaquam promeretur remissionem peccatorum. Vera poenitentia, cuius fructus seu effectus haecenus explicavimus, praeter hos effectus debet habere certas qualitates, inter quas praecipua est, quam in textu pro thematico primitus allegato insinuavi *Dolentes quaerebamus*, videlicet doloris animi dolor. Ex quo autem desumi potest dolorem esse sincerum?**

Sed illa tantum quae habet certas qualitates.

2. **Proposio.** Id in praesentiarum explicandum suscepi: Nemphe sincerus animi dolor praesumitur, si poenitentia sit accelerata: secundo si poenitentia sit peccatis proportionaliter: tertio si poenitentia sit constantiter, & constantiter. En Materiam, & divisionem hodierni sermonis Attendite, Favete.

§. I. *Quorum prima est, ut fiat celeriter.*

3. **Confirmatio.** Poenitendum est celeriter: sic sonat prima pars sermonis, hoc est accelerata post commissum peccatum debet esse accelerata sine dilatione. Postquam Core, Dathan, & Abiron perperam affectato Sacerdotio contra Moysen rebellaverunt, atque in poenam criminis a terribili terrae hiatu una cum ducentis quinquecentis locis absorpti sunt, murmuravit populus contra Moysen & Aaron & quamvis aperte vidisset lateritium vitrorum ilorum non a Ducebus suis, sed ab Omnipotenti Deo prodigiose effectum datum fuisse, tamen illos non sine ferocissimo tumultu interfectores Hieritaurum injuriose compellavit: Indignatus Dominus Deus tam enormi injuria decrevit populum eodem incendio delere, quo Core, Dathan & Abiron perierunt, jamque flamma in castris Israelitarum tam miserabili strage grassabatur, ut quatuordecim millia & septingenti hominum ignibus ablumpti interierint. His visis Moyses commiseratione tactus precepit Aaroni: (Num. 16.) *Tolle thurisimum -- pinguis cito ad populum ut rogo pro eis -- jam enim effusa est ira a Domino, & plaga delavit. Fecit sine mora Aaron quod iustus est, concurrit ad mediam multitudinem, quam*

vastabat incendium, obtulit thymiam, flans inter mortuos, & viventes deprecatus est Dominum, & Plaga cessavit. Ex hac historia nil aliud magis in rem nostram consideranda dignum esse arbitror, quae voculas illas, *pinguis cito ad populum*; item, *concurrit ad multitudinem*, Textus Hebraeus apud Ag. Calmet in Num. c. 16. adhuc significantius rem exprimit, sic habens: *Vade celeriter ad multitudinem, & expla illum*, quibus verbis singulari festinantia & acceleratio denotatur. Quare? quia ubi de grandi male, quale est in populo castorum per ignem, periculum ingruit, plane in ascendendis remediis morae trahendae non sunt. Mi Christiane, peccasti? scis utique, quod nunq. verferis in periculo infernalis incendii. Eheu; sub pedibus tuis ardet terribilis ille & inextinguibilis rogos, in quem jamjam millenos ac millenos peccatores tui similes coniectos fuisse fides edocet: Quid deest ad tuum interitum? unicus lethalis morbus est infatum; id si Deus supra te decernat, peristi. Et in tanto periculo securae dormis ac otiaris? Rumpere moras, pergendum est cito, curandum est, efferrandum est thymiam poenitente, ut plagam, quae te expectat, avertas.

4. O quam poenitentiam ad sollicitus es in praesentia damnis ac periculis corporis! cum repentina febris te corripit, sine mora Medicum advocari praecipis: cum in via ab eminus latrones conspicis, sine mora in fugam te convertis: cum viperam autaraneam vestes tuas subsisse advertis, sine mora nocivam animalculum excutere satagis. Peccatum est lethalis morbus, est crudelis latro, est venenosa vipera, quae tibi mortem, non temporalem, sed aeternam machinatur, & signior sis in curandis his malis animae, quam corporis? quid si malum interitum invalecerit, ut non amplius, aut ad minimum difficulter sit remediis locus? certe non jam diebus, sed momentis fere singulis, quibus in miserabili statu perseveras, peccata tam profundiores radices agit, suo pondere in alia plura peccata trahit, vis demonis continuo crescit, & Deus non delectatur poenitentia nisi accelerata.

5. Militum quidam, nomine Achan ex Ipo-lio urbis Jerichuntina quidquam furtive subdulerat; quopropter iratus Dominus precepit belliduci Josue, ut in furem indagaret. Facta igitur indagatio per sortes inventus est Achan filius Charim, & mox praecipit Josue universo populo, ut furem lapidibus obruerent: *Lapidantique eum omnis populus, & caecitas quae illius erat, ipse consumpta fuit.* (Josue 7.) Profecto supplicii hujus severitas haud modicam meretur admirationem; quamquam enim haud leviter peccaverit Achan contra praecipitum Domini; tamen peccatum suum sincere secundum omnes circumstantias confessus est, dicens: *Vere ego peccavi Domino Deo Israel, & sic & sic feci.* Car ergo post tam aeternam confessionem morti adjugetur? O Bone Deus, ubi est Bonitas & misericordia tua? Nullam promeruit, *Claus. Spei. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.*

exclamat hic Rupertus. Quare? quia crimen suum statim inquit, cum indignationem & minas irati Numinis percepit, lateri debuisset: sed quia crimen tum primum factus est, cum per sortes manifestatus, convictus, & extrema necessitate compulsus fuit, nullam sua poenitentia gratiae & veniae locum invenit. Verba Rupertus 1. 1. in Josue c. 21. sunt: *Non aliam mereri veniam debuit; ante enim tantum est furtiva Deo auctore proditi personam, quam ille coluit.* Agnosce, mi Christiane, quam parum profici poenitentia dilata; si tum primum peccato dolere velis, si cum finitior fors te obruit, tum Dei patientis supplicium ingruit, cum morbus & mortis periculum imminet; vereor, ne tam parum veniae gratiam impetres, quam furtivus Achan impetravit. Verum quoniam hac materia sapienter tractanda redibit, pergendum ad alterum punctum.

§. II. *Deinde ut fiat iuxta peccata proportionaliter.*

6. Poenitentiam esse proportionaliter: volo dicere: tam interius animi dolor, quam externa vis poenitentiae commensuranda est multitudini ac perverstiti peccatorum; neque enim convenit, ut duo peccatores, quorum unus unicum, alter millena peccata commisit, sint pares in poenitentia, qui adeo tantum differant in culpa. Atque hoc est, quod Deus videtur exigere verbis illis Prophetae: (Isa. 31.) *Convertimini ad me, sicut in profundum recesseratis.* Notate voculam *Sicut*, quae Deus aequalitatem inter iniquitatem & conversionem requirit: si ergo peccatum perpetratum valde flagitiosum, opus est, ut etiam poenitentia sit valde intensa: si peccata sine numero & modo multiplicata; opus est, ut etiam adus doloris, orationes, elemosinae, jejunia & Sacramentorum frequentationes sint sine modo, & numero. *Poenitentia criminis minor non fit, ait Sanctus Cyprianus, ser. de lapsi.*

7. Apud Aemum Prophetam indignatur Dominus Deus Israelitis, eoquod enormis cupidam malitiae accusans ait: (Osee 9.) *Profundo peccaverunt, sicut in diebus Gabaon.* Quid vult indicare hac comparatione, & quod peccatum factum est in Gabaon? Id indicatur in Libro Iudicum: c. 19. Vir quidam, munere Levites habitans in confinibus montis Ephraim, duxit uxorem ex Bethlehem Judae oriundam, quae post aliquot tempus auferens in domum patrum cert. sui humanissimo exceptus, ac laute habitus, postquam blandissimis verbis sibi reconciliavit uxorem, illam in ades suas reducere voluit. In via pervenit in urbem Gabaon, ubi apud Senem quendam, qui erat ejus patriota, divertit. Gabaonite homines nequissimi, & praefestim vitio lasciviae infames, ubi viderunt Levitam & uxorem ejus, mira pulchritudine praeditos ex insidiis expectant, donec ad mensam confiderent; & tunc facta

concurfu domum circumdantes, atque insolito libidinis afu efferati cum ingenti rursu unum alterum illius expectant, nec prius acquirerunt, donec miseranda muliere sibi tradita turpium desideriorum compotes facti sunt. Hoc est illud peccatum, cui per Ofeam Dominus Deus compar impietatem Israelitarum, significans illud esse gravissimum peccatum, quando cum deliberatione, cum astuta machinatione, cum veripelli nequitia ac studio committitur, ut fecerunt Gabaonites, qui de industria expectarunt, donec Levita mentis accumberet, & tunc facto impetu illum compulerunt ad exponendam formam libidinis uxorem. Jam percipite quid Devotissimus quidam contemptivus (*Sermoni Manu 3. April. n. 2.*) in hunc locum affirmit: *Qui ira processit, reversus ad Deum debet sponteum liberare suum in castigando modo servitii, quantum solent in excogitando modo officii. Mi Christiane, si tam multoties peccasti, scito, majori poenitentia tibi opus est, quam quavis obvia, requirit enim a te Deus, ut poenitentia rigorem gravitatis peccati proportionari studeas, & quantum studii impendisti circa malum, tantum ad impendendam nunc circa bonum; ut oculos tuos ad accipendam formam illecebras usurpasti, nunc Christianam modestiam humi definas tene, si aures obsecras aut detractoris discursibus indolisti, nunc audiendo verbo Dei sine intermissione illas adhabe; si linguae sermonibus scandalum dedisti, nunc adficere, & Deo lucrari fatago; si manus ad aliena diripienda extendisti, nunc propria egenis elargire; si corpus delicate ac voluptuosè habuisti, nunc jejuniis, & mortificationis studio illud compelle, atque ut cum S. Augustino ap. Lohner Bibl. V. Poenit. §. 1. n. 9. loquitur: *Quales imperius habebat ad mundum, tales habebat ad artificem mundi.**

8. Quod Scriptura & SS. Patres morali doctrina inculcant, idipsum exemplo Sanctorum graphice nobis demonstratur. (*Per. Sancti. p. 4. c. 2.*) Omnitio millenos, & solum gemini Sanctae Paulae Romanae, de qua S. Hieronymus asserit. Mollia, etiam in gravissima febris, strata non habuit, sed super durissimam humum stratis ciliciliis dormiebat, lavabatque per singulas noctes lectulum suum. Oculos ejus credentes fontes lacrymarum; ita levia peccata plangebant, ut illam gravissimum criminum credentes rem. Cumque admoneretur, ut parceret oculis, & eos servaret Evangelicae lectioni, jebat: Turpanda est facies, quam contra Dei praecipuum purpuris, & cerussa, & sibiio saepe depinxit: affligendum est corpus, quod multis vacavit deliciis: longus rursus perpeti componendus est fletu: mollis linctamina, & serena asperitate cilicili commutanda sunt: quae vivo, & sculo plebs studii, nunc Christo placere desiderio. Vides, mi Christiane, proportionem inter peccatum, & poenitentiam, quam Sancti observant, & accedunt erabescis, quae ofensa Divina Majestati pro integri talenti debito vix unum obolium, pro gravissimo flagi-

tio vix unum suspisium rependis? Jam ad tertium punctum.

§. III. Denique ne fiat constanter.

9. Poenitentiam esse constanter; hoc est, poenitentia debet esse perpetua, & per omne vitae tempus sine intermissione continuata; id quod per ipsam nominis etymologiam clarescere videtur, cum *poenitentia* nihil aliud foverit, quam *paenitentia*.

10. Dominus Deus, si librum Genesis bene expendimus, gemina vice vestit nosros protoparentes: ante peccatum dedit illis vestem gratiae, post peccatum vestem poenitentiae: prima erat vestis amicitiae Divinae, qua Adamus & Eva facti sunt similes Angelis; altera erat expellibus animaliam, qua facti sunt similes brutis. Ita vestitio condemnavit Dominus Deus ad laborem, & sudorem vultus eo modo, quo servitii emptitii, & mancipia ad latomias aut transira condemnantur: *Item vestitio*, ait Tertullianus, lib. de Ball. *est quasi metallo datur*. Suda, ut Adamus, labora, terram ara, uxorem nutri, & filios educa in arumis & afflictionibus; hac est poenitentia, quam Deo debes ob vitia positi esum. Sed quomodo in servili hac vellecquire, quamdiu tam arduum poenitentiam subire debebis? Nongensis annis & ultra; nimirum quamdiu spiritum trahes: quid? ob unius momenti delictum? Ita est; & hac sententia contra omnes etiam Adami nepotes lata est: poenitendum est, quamdiu vivimus, ait S. Bernardus: sem. 3. *Quadr. Totum vira tempus non nisi ad poenitentiam institutum*. Vix homini, qui prius penitere, quam vivere desinit, aut qui in poenitentia inconstans hodie iterum committit, de quo heri doluit, hodie hodie iterum committit, hodie in sacro tribunalis accusat, cras in mala occasione denuo luxuriatur. Vix illi.

11. Erroris me ipsum arguerem, nisi hanc in rem adducerem historiam, quam P. Alphonsus de Andrada de Imitat. B. V. L. 2. c. 23. commemorat. Anno 1622. in loco non ignobili Regni Toletani quidam e primoribus, qui a teneris devotiois erga Deiparam affueverat, pristini fervoris immemor tum in caetera juventutis vitia, tum in sedas maxime libidines sese profudit, & quamquam de fervore remittere in cultu Virginis, tamen festos ejus dies sedulo colebat. Ad hac facellum quoddam honoris Virginis dedicatum retaurare instituit, ejusque imaginem ornatore cultu donavit. Sed fregit animum juvenis diaboli fraus, eumque in consanguinea ejusdam amores sic inestavit, ut eam domo receptam concubine loco haberet. In eodem oppido pia Virgo degebat, hinc, cum aliquando noctu in conclavi orationi vacabat, ejusmodi visum per exacto oblatum est. Servator Christus comitante sanctissima Matre & Angelis cubile ingrediebatur, ubi pro tribunali consedit, tum publicis loci istius vitium, tum incestum tam sedo hujus juvenis remedium facturus. Quid multis; sine mora de capite hujus

hujus peccatoris lata est sententia, neque differrebat executio. Verum Misericordiae Mater pristinam beneficentiam, qua facellum, & statum ornata, memos intercessit, atque triginta diem inducias impetravit, ante quorum finem poenitentiae locus esset: quodsi vero crimen elucere, & poenitentiam delicto parem facere detrederet, repentina morte muldaretur. Tum oculis ad dictam Virginem conversis ipse Judex imperavit, ut primo mane se ad templum conferret, ac Sacerdoti, quem ibi reperiturus esset, visum exponeret, addereque suis verbis: iret illi coad miserum hominem, eumque cum imminenti poena nuncio de tempore ad vitae emendationem concessio admoneret. His dictis caelestis turbiditate in lacrimis effusa perclitanti juveni veniam ferventi oratione impetrare conabatur. Ubi diluxit, ad Ecclesiam se conferre, inventoque tibi Sacerdoti confessionibus audiendis in tento rem totam arcano exposuit; Deique ipse vix indicat, ac confestim hominem tanti discriminis admonere non cunctaretur. Sacerdos cum neque Virginem novisset antea, & mulieres apparitionis erroribus obnoxias esse non ignoraret, fidem narranti non adhibuit. Sic illa minore quam speraverat, consolatione a Patre digressa ad Deum revertitur: Dominus, & Mater, Mariamque tua mentem exposuit, sed fidem non invenio. Cui Dominus: abi & denuncia arcaea hac mentis tua coacta, quae recens pertracta, & fidem dictis adhaeret. His dictis Sacerdos credere, Deo internumciat assimare, hominemque desponsatum inquirere. Igitur pro successu legationis suae sacratim, perculisq; taceris hominem in sacro confpicatur, quem seorsim aggressum, quanta potuit amoris significatione gesta edocet, atque ut sumet misereatur, per Christi sanguinem, perque Mariae Virginis amorem cordate rogat. Juvenem vehementer perculit inditum criminis nulla unquam confessione detecti. Ergo pudore, & lacrymis plenus, Divinaeque iram formidans ad Patris se pedes abiicit, deique criminibus cum furore animi dolore fecit: suadet poenitentem Sacerdos, ut mutatione loci (unico fere ejusmodi malorum remedio) peccatum fugiat. At ille domo statim excedere non potuit; cubicula igitur mutatur & diligenter sera occluduntur, & quamvis seclerata pellex qua vi, qua lacrymis ingressum petiret, juvenis tamen constanter obduruit. Postridie proxica mulier clavem conscit jubeat, ac nocte proxima ad illicitos amores, quibus ille viduus fuit, irumpit. Deceptus ille modo ad Patrem advolat, suum lapsum detestatur, consiliumque accipit, ut Janu novis repugulis oblectata, periculum excludat. Factum id est, non defecere tamen artes pessilenti furta, quibus juvenem iterum iterumque sedavit. Peccata igitur peccata cumulantur, & sic infelix juvenis amore victus conscientiae arbitrum nihil non contra molientem deservit, eumque spreto monitis suam libi rem habere jussit, se salu-

tem animamque satis curaturum. Pater velut gladio ictus cum quatuor duntaxat & triginta induciarum dies superesset, ad Deum supplex confugit, supplicisque sponte susceptis percutemur ab exitio revocare institit, sed in vacuum omnia. Ad extremam vitam lineam ventum erat, cum sollicitus Pater decima aut undecima noctis ad pereuntis domum excurrat: respondetur abesse Herum; quo responso iretus revertitur, famulisque prius injungit, ut siquid sinistra accidat, evocare se continuo non praetermittent. Et ecce; dum expectatione suspensus domi rei exitum animo volvit, hora duodecima malo exspirare Dominum; neque legitur Sacerdos advolat: spirabat etiamum miser, & toto ore spumans, vultu horrendum in modum distorto exclamabat: Vix mihi; corde jaculo transfixus morior. Quam vocec tantus dolor, tantaque in mortem praecipitio exceptit, ut, quamvis Pater omni cum sedulitate eum ad dejectionem culpam, & salutarium monitorum auditionem excitare conaretur; nullam tamen contritionis signum, nullam absolutionis impediendae locum inveniret. Interim famula illa Dei, cum orationi intendere, Christum Dominum ut ante ad disjunctanda peccata redemptum vixit; accusatur ea spestante impenitentis pessima vita, proferentur occasiones ad emendandum concessa, tum montia, mixta, & salubre consilium a Religioso Viro toties datum, caeteraque salutis adjuvamenta, quae, quia ille insolenter sprevit, tam corporis, quam animae morte damnatus est, ipso Judice fatale telum in cor illius emittente.

12. *Epilogus.* Edic modo, mi Christiane, quid infelicissimo homini causa aeternae damnationis fuit? Inconstantia: poenitit quidem, sed post poenitentiam ad pristinum peccatum revertitur huc damna bilis varietatione Deum luit, sed tali lapsu, qui tandem in aeternam illius poenitentiam cedit. Tu ex dictis dices, non per quamlibet poenitentiam salvari peccatorem, sed per illam tantum, quae, ut audiisti, est accelerata, proportionata & constans. Quarendus est Jesus pro peccatum amissus; nec cessandum, donec inveniat: Amen.

Dominica II. post Epiphaniam.

CONCEPTUS VII.

Poenitentiam non esse differendam.

Tu servasti bonum vitium usque adhuc. Joann. 2. Peccator differ peenitentiam, & vivit in mortis propositis.

1. Quid ad me nuptiae? Non mea haec est materia, quam in cathedra tractandum suscepit. Esto, Jesum cum Discipulis invitatum esse ad nuptias, ego invito peccatores ad poenitentiam. Esto, Salvatorem patratu primo miraculo convertisse aquam in vinum, ego suspicatus